

Editio.

- Pag. 17. *referre.*
 Pag. 18. *abundare et esurire.*
eodem modo qui
aut accipientibus.
 Pag. 19. *diffusam intelligi.*
Filius ampliatus.
Ampliatum ergo.
expressisse.
passus sit id est.
repressit parricidiale.
 Pag. 20. *ergo etiam et saluator.*
nobis licet.
 Pag. 21. *depellens brachia.*
ad filium quae.
recipit.
a summo caelo et terra.
 Pag. 22. *natura potest.*
 Pag. 23. *non solum ullam.*
id est eorum qui scientiam
et opera sublimia.
diuidet cibum.
in iis etiam.

Id demum observo, membranarum Fragmenti *Evangeliorum* graecorum supra memorati averfis inscripta esse vetustissima pariter et difficili manu Latina quaedam multum jam extrita, quorum initium: *Ad orandum abiere ne pluris* — —.

CCLXI. VII. C. 8.

¹³⁴ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 282. f. per duas columnas currente calamo exaratus, rubroque distinctus, sed

Codex.

- referri.*
abundare scio et esurire.
eodem modo bis qui.
aut incipientibus.
diffusam Neptbali intellegi.
 Sequitur totus textus Benedictio-
 nis.
Ampliatum ergo.
expressum.
passus sit designat in graeco.
represserit parricidiale.
ergo etiam dominus et saluator.
nobis si licet.
 Interjicit: *et respuens.*
ad filium ea quae.
accipit.
a summo coeli et terrae.
natura non potest.
non solum nullam.
id est qui in scientia et opere su-
blimia.
 Addit verba Textus biblici usque
 ad verba:
Et praecepit eis.
in his dictis etiam.

fine mutilus complectitur varia *Opuscula Theologica*, quorum haec est indicatio: I. *Caesarii* Episcopi Arelatensis Scriptoris Sec. VI. *Homiliae* numero XII. hoc titulo miniato: *Ammonitiones Cesarij Episcopi Arelatensis.* Earum initia. Primae: *Exhortatur nos sermo diuinus, ut credamus dum lucem habemus* &c. Secundae: *Quid salubritatis karissimi etiam in presenti conferant sancte occupationes* &c. Tertiae: *Instruit nos atque hortatur sermo diuinus qualiter attingere debeamus* &c.

&c. Quartae: *Sicuti a nobis dominus pro suscepti officii necessitate loquendi poscit officium* &c. Quintae: *Scimus quidem spiritualis militie cui nos mancipamus magnam esse in futuro remuneracionem* &c. Sextae: *Ad hoc ad illum locum conuenimus fratres, ut domino nostro vacare possimus* &c. Septimae: *Qui inter multos vitam agere constituunt, aut cum grandi fructu* &c. Octavae: *Si quando terre operarius et ruris cultor agrum suum seminibus preparat* &c. Nonae: *Videte vocationem vestram karissimi, venire ad heremum summa perfectio est* &c. Decimae: *Ait quodam loco sermo diuinus. In diebus sollempnitatum vestrarum affligite animas vestras* &c. Homiliae hae X. in *Bibl. PP. Lugdun. T. VI. a p. 656. Eusebio Gallicano* Ep. tribuuntur; notatur tamen ad marginem: *V. VI. IX. et X. Caesario adscribi*. Verum, cum idem omnium X. stilius sit, omnium autor *Monachus*, quem *Eusebium* fuisse non constat, constat autem fuisse *Caesarium*, et primo quidem *Lerinensem*, tum in *Insula* prope *Arelatem*, cujus etiam *Homil. V.* meminit, *Abbatem*, verius omnes X. ad hunc prae illo redeunt. Qua in sententia et *Autores Hist. lit. Galliae T. III. in vita Caesarii* esse video. Posteriores II. *Homiliae T. VIII. Bibl. PP. cit. p. 645. et 855. inter Caesarianas vigesima sexta et trigesima sexta* sunt, incipiuntque, prior: *Inter reliquas beatitudines, quas in ewangelio Dominus et saluator noster enume-*

rare dignatus est &c. Altera: *Beatus ac venerabilis pater vester religiosa quidem humilitate sed prope indiscreta suggestione postulat* &c. Clausula nobis rubro adiecta est: *Expliciunt sermones Cesarii Episcopi Arelatensis Aput aliquos vero intitulantur Omelie Eusebij Emiseni. Addi poterat et Eucherii et Augustini. Non neglegendus erit Codex noster, quamvis recentior, illi, qui aliquando, quod optat Historia liter. Galliae suprac. ad edenda Caesarii Opera omnia animum adiecerit.*

II. fol. 15. *Sermo de Resurrectione Domini in Psal. Conuertisti planctum meum* &c. et, *Nisi dominus edificauerit* &c. Incipit: *Dicit Glossa. Domus est populus Dei* &c. Ad calcem rubro: *Explicit sermo de resurrectione domini factus in Aula Collegij Wyenn. Nisi fallor, Henrici de Langenstein dicti de Hassia, cujus Sermones complures ad Academicos habiti in Austriae Bibliothecis extant, ut testis est Bern. Pezsius in Dissert. Isag. ad T. I. Thes. Anecd.*

III. fol. 21. *Incipit liber de Amicitia Cassiodori. Initium: Quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum* &c. Finis: *nisi eam enormitas eliminat reatus. Explicit liber Cassiodori de Amicitia uera.*

IV. fol. 30. *Incipit liber Cassiodori de Caritate seu Dilectione Dei. Subditur: Liber primus. Initium: Sicut precedentia docuerunt, amicitia vera non est* &c. Finis:

eterna

eterna et consummata glorie plenitudo. Deo gratias. Explicit liber Cassiodori de dilectione seu caritate dei. Opuscula haec duo, quae unum potius *Tractatum* constituunt, jam *Tritheimius Scriptt. Eccl.* n. 395. *Petro Blesensi Archidiacon. Bathoniensi Scriptori* Sec. XII. tribuerat. Itaque recte *Job. Garetius* in *Edit. Opp. Cassiodori, Rotom.* 1679. f. ea praetermisit. Edidit vero primum sub *Petri* nomine *Jac. Merlinus Paris.* 1519. et post *Job. Busaeum Petrus de Guffanvilla* in *Opp. omn. Petri Blesensis Paris.* 1667. f. p. 497. unde collatione instituta didici, nostro in *Codice* transposita esse *Opusculi I. Capita X.* et *XI. Opusculi II. Capita XX.* et *XXI.* in unum confluisse, deesse praeterea *Capp. XIV — XVII. XXII. XXVI — XXVIII. XXXIV.* et *XXXVII.*

V. fol. 50. *Incipit liber Cassiodori de anima.* Prima verba: *Cum iam suscepti operis optato sine gauderem &c.* Mancus est, desinitque in ea C. II. verba: *quam longe subtiliorem aere et lucidiorem debemus advertere — —.* Extat integer in *edit. cit. Gareti* T. II. p. 627.

VI. fol. 53. *Incipit liber beati Augustini de predestinatione divina.* Initium: *Cum sacrarum voluminibus literarum seu futurorum quid prophético spiritu pronuntiantibus &c.* Finis: *in ymam contumaciae voraginem decidamus.* Non est *Augustini*, neque *Fulgentii Ruspensis*, cui pariter suppositus fuit, imo eorum potius doctrinae *Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

contrarius et *Cassiano* favens, unde jam a *Lovaniensibus* rejectus, nunc in *Append. T. X. Edit. Mauriana* col. 50. legitur.

VII. fol. 58. *Incipit liber beati Augustini ad Dardanum de presentia dei.* Incipit: *Fateor me super (frater) dilectissime dardane &c.* Finit: *medicinam qua concedis et veniam.* Liber hic epistolarius est in *Edit. supracit. T. II. col. 678.* Epistola CLXXXVII.

VIII. fol. 64. *Incipit Augustinus contra quinque genera hostium.* Initium: *Debitor sum fratres fateor non necessitate sed quod uehemencius est caritate &c.* Finis: *qui credentes in se custodit in secula seculorum Amen.* Opusculum hoc, quod *Cod. CCXXII.* mancum indicavimus, *Augustino* subpositum et a *Maurianis* in *Append. T. VIII. p. I.* retrusum, integrum hic extat, et redit alibi.

IX. fol. 72. *Incipit liber dialogi Sancti Gregorij pape, Liber primus.* Initium: *Quadam die nimis quorundam secularium tumultibus depressus &c.* Libri IV. finis: *si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.* Integri, prout in editione *Opp. Gregorij Mauriana Paris.* 1705. T. II. col. 149. f. nec spernendae lectionis. Ad calcem adest Index.

X. fol. 133. Collectio quorundam *Sermonum* hac serie. *Sermo de XII. partibus miserie et XII. partibus beatitudinis eterne.* Ad *religiosos.* Init. *Tristitia uestra uertetur in gaudium. Job. 16. Quia vero intentio christi fuit ad* *literam*

literam &c. Sermo de septem artibus liberalibus moraliter et de quolibet sancto Doctore. Init. Beatus homo quem tu erudieris domine &c. Pf. Teste cottidiana experientia &c. Sermo de temptationum profectibus et defectibus. Init. Ductus est ihesus in desertum &c. Ad huius versiculi introductionem intelligendum est &c. Sermo de penitentia. Init. Penitentiam agite appropinquavit enim &c. Quia beatus Job. Baptista aduocans populum &c. Sermo de contricione seu in festo Magdalene. Init. Magna est velud mare &c. Beatus Gregorius super lucam dicit sic: Cogitanti mihi de marie penitentia &c. Tractatus brevis et utilis de remissione peccati per decem considerationes. Hunc quoque ad priora pertinere docet Initium: Notandum vero, quod in precedentibus habitum est de temptatione peccati et postea de penitentia et contricione peccati, restat nunc uidere breuiter &c. Omnes hi Sermones ἀδελφοί, nulliusque momenti.

XI. fol. 158. *Incipit prefacio in tractatum omeliarum sancti Bernbardi Abbatis de cena domini. Initium: Pascalibus dapibus esuriens saturari quicumque requiris &c. Initium Sermonis I. Ante diem festum pasce &c. Verbum patris filius dei, quod pro salute generis humani &c. Finis ultimi: Hoc premium uidelicet se ipsum nobis concedat christus. qui sine fine uiuit et regnat per omnia seculorum Amen. Sunt Sermones XV. extantque inter Opera Ber-*

nardi edit. Mabillon. Paris. 1690. T. V. col. 597. sed apud nos aliter diuisi, multumque ab editis variantes, neque Bernardi, sed Ogerii five Ogleri Abbatis Luce-dii in Comitatu Montis Ferrati, Dioeces. Vercellensis Bernardo subparis, ut ex Cod. Stafardensi primus docuit Job. Bona Card. Cisterciensem fuisse colligit Mabillonius ex illo post medium Serm. X. nobis fol. 178. p. 2. Non enim alba cuculla, non alta tonsura, nec ampla corona. sed conscientia pura — monachum facit. Neque obstat illud sub finem Serm. XV. quod tamen nostro a Codice abest: Adhuc te alloquor, Monache Benedicti, cum et Cistercienses Benedicti regulam profiteantur, et Carolus de Visch in Chronol. Monast. Cisterc. p. 360. diserte adfirmet Coenobium Luce-dienese a. 1123. fundatum huic Ordini fuisse. Locus luculentus Serm. XIII. de illibato B. M. V. conceptu nobis habetur fol. 184. p. 2.

XII. fol. 188. *Incipit formula nouitiorum et Capitula. Itaque horum praecedit Index. Opusculi nobis in Capita XX. diuisi prima verba sunt: Si vis in spiritu proficere et hic esse &c. Ultima: nec ullam ei reuerentiam exhiberi. Auctor Bonaventura, cujus T. VII. Lugd. 1668. f. p. 619. extat sub titulo: De Institutione Novitiorum Pars Secunda, Capp. XIV.*

XIII. fol. 191. p. 2. *Incipiunt collationes profectuum Religiosorum. Initium: Primo considerare debes quare veneris, ad quid veneris*

ris &c. *Bonaventurae* T. cit. p. 613. sub titulo: *De Institutione Novitiorum Pars Prima. Capp. XLI. e quibus C. XV. item finis C. XL. et totum XLI. in Cod. nostro desideratur.*

XIV. fol. 196. p. 2. *Incipit Profectus religiosorum. Initium: Collaciones meas quas exhortacione ad nouicios nostros &c. Iterum Bonaventurae* T. cit. p. 557. ubi inscribitur: *Liber primus de profectu Religiosorum.* Exemplar nostrum hinc inde plenius est.

XV. fol. 213. p. 2. *Incipit pro instructione morum et conuersatione perficienda tractatus qui intitulatur candidarius. Initium Indicis: Primus processus est in feruore nouiciatus &c. Opusculi ipsius: Profectus religiosi septem processibus distinguitur &c. Rursus Bonaventurae, cujus* T. cit. p. 574. extat inscriptus: *Liber secundus de Profectu Religiosorum.*

XVI. fol. 255. *Incipit Speculum (pro hac voce inducta positum Tractatus de professione) Monachorum, qui statum et professionem monachorum declarat euidenter prout patet intuenti. Praeedit Index hoc initio: Tractatus iste, qui est de professione monachorum, tres habet partes &c. Opusculum vero ipsum sic inquit: Cum displiceat deo infidelis et stulta professio &c. Et desinit: qui autem requirunt dominum. animaduertunt omnia. Explicit tractatus sepe tractandus. Impressus habetur T. I. *Thef. Anecd. Bern. Pezii* P. 2. col. 565. hoc titulo: *Johannis forte Gersenis Abbatis Li-**

ber aureus de Professione Monachorum Ord. S. Benedicti, erutus ex Bibl. Mellicensis Codd. Mss. Quatuor in hoc Coenobio suo, cujus Ornamentum fuit, inuenit Codices *Pezius*, ut narrat in *Dissert. Isag.* p. 80. Tres nomen *Johannis* a prima manu praeferrunt, et horum quidem unus cum addito *de Villa*. Quartus nomine *Fratris Wilhelmi Ordinis Predicatorum, qui etiam composuit summam virtutum et vitiorum*, insignitus erat, sed seculi XV. manus *Johannem Abbatem* reposuerat. Meminit praeterea Codicis *Benedictoburani* pariter *Wilhelmo* fauentis. *Wilhelmus* is est *Peraldus* Gallus Sec. XIII. Scriptor, cui, *Quetifo* teste T. I. *Script. O. Praed.* p. 134. non tantum multo plura Msspta Libellum nostrum tribuunt, sed ipsa etiam Editio *Parisiis apud Joh. Paruum* 1512. 12. quae in *Catal. Bibl. Reg. Paris.* sub n. 7019. adnotatur. Ut adeo is, qui hic pro *Johanne Gersene* pugnare vellet, vix certiozem sibi victoriam polliceri possit, ac illi, qui *Libros de Imitatione Christi* eidem adsertum iuere.

XVII. fol. 270. p. 2. *Collatio quedam facta per baccalarium in decretis ad professos. Incipit: Mutabo habitum et ad pugnandum vadam. II. Parahyp. 18. C. Venerandi domini mei et fratres in christo mihi perdilectissimi. Prelibati thematis verba mihi deseruire possunt &c. Agitur de Castimonia, animi demissione et Paupertate Religiosorum, finiturque: et sic omnibus*

omnibus mutatis in melius ad regnum dei peruenire valeamus nobis prestare dignetur, qui trinus et unus regnat &c. Subscriptum: *Arnoldus Baccalarius in decretis traiectensis dyocesis fecit hanc collationem in holandria ad petitionem cuiusdam Carthusiensis.* Vix erraui, si *Arnoldum* hunc dixero *Arnoldum Gheiloven* sive de *Roterodamis*, Decretorum Doctorem et Canonicum Reg. ✠ 1442. cuius Scripta vide fis in *Bibl. Belg. Foppenii* P. I. p. 102. et nostro Cod. DLXXXIX.

XVIII. fol. 272. *Incipit tractatus Stimulus amoris interpretatus. Primum Capitulum.* Initium: *Currite gentes undique et admiramini erga vos caritatem dei &c.* Mutilus in haec verba deficit: *nihil quantum in se est omitens de contingentibus fideliter agat quidquid potest — —.* Est *Bonaventurae* Opp. T. VII. p. 192. duplici instructus Prologo, inque Partes tres sectus. Unde, quae hic habemus, potius Excerpta sunt.

In antica Codicis Theca legitur: *Hunc librum contulit monasterio beate marie virginis alias scotorum Wienne Honorabilis dominus Thomas de Weytra presbiter patav. dyoc. ut oremus deum pro eo et sibi coniunctis.*

CCLXII. VII. 2. 17

²⁵⁵ Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 70. f. continet *Magni Felicis Ennodii* patria *Arelatensis*; ex Diacono S. *Epiphanii*

demum *Episcopi Ticinensis*, viri legationibus obitis clari, et vita functi anno Chr. 521. *Opuscula* partim prosa, partim vorfa oratione, quorum praecipuam editionem post *Andr. Schottum* debemus *Jac. Sirmondo Parisiis* 1611. 8. unde in P. I. Opp. ejus *omn.* et in *Bibliothecae PP. Lugdun.* T. IX. p. 312. transiere. Cum hac igitur Editione Codicem praesentem contendemus. Initium facit *Dictio in Natali Laurentii Mediol. Episcopi*, quae absque inscriptione incipit: *Quousque me iners dissidentia intra angustum patitur penetrare delitescere.* Edit. *Sirm.* p. 461.

Fol. 2. *Dictio Ennodii Diaconi*, quando *Roma* rediit. Initium: *Amica est homini ad genitale solum reuertenti semper ilaritas &c.* *Sirm.* p. 566.

Eod. p. 2. *Dictio in Dedicatione Auditorii &c.* Initium: *Ut campus militem, mare nautas, fora causidicum &c.* *Sirm.* p. 484.

Fol. 3. *Epistola ad Johannem.* Initium: *Cum salum queris verbis in statione compositis &c.* *Sirm.* p. 1.

Eod. p. 2. *Epistola ad Florum.* Initium: *Noui me duram cepisse prouinciam &c.* *Sirm.* p. 3.

Eod. p. 2. *Epistola ad Faustum.* Initium: *Acta est causa desiderii mei &c.* *Sirm.* p. 4.

Fol. 4. *Epistola ad Eund.* Initium: *Magnifici (Anagnostici) fidem secutus &c.* *Sirm.* p. 7.

Eod. p. 2. *Praeceptum de Cellulanis.* Initium: *Nulli dubium est, hominem &c.* *Sirm.* p. 448.

Fol.